

*Desiderij* / *H. G. S. f. a. d.*  
**D. ERASMI**

ROTERODAMI DILVTIO EO/  
rum quę Iodocus Clithoueus scripsit ad/  
uersus Declamationem suasoriam matri  
monij.

EPISTOLA EIVS DEM DE  
delectu ciborum, cum scholijs per ipsum  
autorem recens additis.

IN ELENCHVM ALBER  
TI Pij breuissima scholia per eundem  
ERASMVM ROTERODAMVM



56.3.C.6.2 C.

# DILVTIO EORVM

QVAE IODOCVS CLITHOVEVS  
scripsit aduersus declamationem D E S.

ERASMI ROTERODAMI  
suaforiam matrimonij.



ERLEGI tandem  
quæ Iodocus Clis-  
thoueus, secundo  
propugnaculi sui li-  
bro scripsit aduer-  
sus Declamationē  
meam de laude ma-  
trimonij: sed dū ad  
confictum thema serio pugnat scriptura  
rum testimonij, ac patrum ecclesiæq; de-  
cretis, mihi penè risum excussum: nō aliter  
quām si uiderem militem ueteranum to-  
ta panoplia instructū, omni conatu cum  
umbris pugnantem, ac sciomachia ludi-  
crum spectatoribus exhibentem. Placuit  
tamē animus singulari, sicuti uidetur, ca-  
stitatis amore flagrans: nam mihi persua-  
sum habeo, nihil horū ab illo fingi, quem  
arbitror esse virum bonum, minimeq; fu-

SCHOLIA PER ERAS. ROT.

perperam suscep*tis.*

Voto solemni astric*tus religioni non* 119  
potest per ecclesiam dispensari in ijs que  
de substantia uoti sunt & pr<sup>e</sup>cipua eius.

R. Contrariū docet Card. Caietanus, 119  
& facit summus pontifex.

Vota sanctis fieri ridet. 120

R. Moria, si adsit superstitione. 120

Votum Hierosolymitanum impie irri 120  
det Eras. Sc res sacras illic habitas.

R. Aliquis dissuadet cuidam illud uo/ 121  
tū, ne suscipiat. Nec omnibus laudi dan/  
dum currere Hierosolymam.

Voti solennis à simplici uoto discri/ 122  
men, quod tamen negat Erasmus.

R: Discrimē quod Thomas & alij ad/ 122  
ferunt, Scotus rejicit. quod ipse adfert,  
nullius est momenti: quæratur aliud.

F I N I S.

In dilutione.

pag. 3. uers. 13. lege, sed dum aduersus  
confictum &c.

pag. 41. uers. 4. scribe, suasorem. Item  
uers. 9. existimante.

In officina Frob. M. D. XXXII.



FRO BEN.